Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



I ERE

Et post hec mittam eis multos
venatores. & venabuntur eos de
omni monte. & de omni colle. & de
cauernis petrarum. quia oculi mei sup
omnes vias eorum. Non sunt abscondi
ti a facie mea. & non sunt occulta i
quitates eorum a oculis meis. Ver
dam primum duplices iniquitates
& peccata eorum. quia contaminaunt
terram meam in morticinis idolorum
suorum. & abhominationibus suis im
plerunt hereditatem meam. Domine
fortitudo mea & robur meum. & re
fugium meum in die tribulationis
mee. Ad te gentes venient ab extre
mis terre & dicent. Vere mendacium
possederunt patres nostri. vanitatem que
ris non prosunt. Numquid faciet sibi
homo deos. & ipsi non sunt dii. Idcio
ecce ego ostendam eis vnicem hac.
ostendam eis manum meam. & scient
quia nomen michi dominus.

Peccatum iuda Cap. xvii.
scriptum est stilo ferreo in
vngue adamantino. ex
aratum super latitudinem cordis eorum.
& in cornibus arae eorum. dum recordati
sunt filii eorum arae suae. & lucorum
suorum. lignorum frondentium in mon
tibus excelsis. sacrificantes in agro.
Fortitudinem tuam & omnes thesauros
tuos in direptionem dabo. & excelsa
tua. propter peccata tua in universis
finibus tuis. Et relinqueris sola ab he
ritate tua quam dedi tibi. & seruire te
faciam inimicis tuis in terra quam
ignoras. quia ignem succensum in
furore meo. usque in eternum ardebit.
Hec dicit dominus. Maledictus ho
mo qui confidit in homine. & ponit car
nem brachium suum. & a domino recedit
cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto.
& non videbit cum venerit bonum. sed ha
bitabit in deserto in siccitate in terra sal
suginis & inhabitabit. Benedictus vir
qui confidit in domino. & erit dominus
fiducia eius. Et erit quasi lignum qod
plantatum est super aquas. & ad humorem mit
tit radices suas. & non timebit cum
venerit estus. Et erit folium eius in
virid. & in tempore siccitatis non erit solli
citum. nec aliquando desinet facere fructum.
Pauerior est cor hominis & inscrutabile.
quis cognoscet illud. Ego dominus
scrutans corda. & probans renes. qui
do vnicuique iuxta viam suam. & iux
fructum adinuentionum suarum. Per
dix fouit que non peperit. fecit divi
tias & non iuste. In dimidio di
erum suorum delinquet eas. & in nouissimo
suo erit insipiens. Solium glorie
altitudinis a principio locus sanctu
tionis nostri. expectatio israel. Domine
omnes qui te delinquunt confundentur.
recedentes a te in terra scribentur. quia de
reliquerunt venam aquarum viuentium
dominum. Sana me domine & sanabor.
salui me fac & saluus ero. quoniam laus
mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me.
Vbi est verbum domini. veniat.
Et ego non sum turbatus te pas
torem sequens. & diem hominis non
desideraui. Tu scis. egressum est de la
biis meis. rectum in aspectu tuo fu
it. Non sis michi in formidinem sp
mea in die afflictionis mee. Con
fundantur qui me persecuntur. & non
confundar ego. Paueant illi. & non
paueam ego. Induc super eos diem
afflictionis. & duplici contritione
contere eos. Hec dicit dominus ad
me. Vade & sta in porta filiorum pli
tum. per quam ingrediuntur reges iuda.
& egrediuntur. & in cunctis portis hierusalem.

Hos.

Hos.